

Mnemosynon grati animi,
in diem solennem; cum vir
admodum reverendus et
præc...

Alm, Magnus C.,

1 Ic 1689 Wanochius, Andreas Jacobi



National Library
of Sweden

M N E M O S Y N O N

GRATI ANIMI,

IN

DIEM SOLENNEM;

Cum

VIR

Admodum Reverendus & Praclarissimus,

**DN. M. ANDREAS
WANOCHIUS,**

Phil. Pract. & Hist. Profess. celeberrimus, ut &
Venerandi Consist. Eccles. Assess.

gravissimus,


AUSPICATISSIMA RECTORATUS ACADEMICI

INSIGNIA SUSCIPERET,

dje xxvii. Junii, Anno M. DC. LXXXIX,

*Hacce gratulatoria, licet tenui vend, erga praectorem,
Promotorem & Benefactorem propensissimum,
declarare voluit*





Salve Mecenas Excellentissime, Salve!

Salve Musarum fautor, adauētor ave!



vā Te laude canam, WANOCI Perre-
verende,

Eximium Sophiæ, Theologiæque
decus!

Qvas Tibi pro meritis referam, Patro-
ne colende,

Discipulus grates, cernuus atqve cliens?

Notum, quàm benè sis studio versatus in omni,

Qvàm constans, veræ quàm pietatis amans:

Qvàmque Professoris fungaris munere claro,

Discipulis promens divite scita penu.

Nunc Tibi *Reſtoris* traduntur *splendida scepra*;

Sic Te ipsum virtus alta sub astra vehit.

Sal-



Salve, *Magnifice O Rector*, fautor studiorum,
Magnum virtutis præsidium atque decus!
Omne jam fausto commissum suscipe munus,
Ducas Castalium ut more decente gregem.
Doctrinâ, exemplo, præclaris consiliisque,
Officio præsis cum pietate gravi.
Exornes spartam solers, *Academice Rector*,
Crescat ut inde Dei gloria, laus & honor.
Cuncta Tibi ut cedant faustè ac feliciter, opto,
Adspirent cæptis prospera fata tuis!
Sis felix & vive diu, Rectoris olympi
Munere, clementi dirige sceptrâ manu!
Innocuos defende libens, compesce nocentes,
Sit memor officii, Te Duce, quisque sui.
Successus pariter felices comprecor, atque
Eventus faustos hoc regimen videat!
Ut dicas justè hæc Academica jura juventæ,
Illa Duci similis sit bonitate suo.
Promotor vigeas studiorum magne meorum!
Denique fac videam corradiare faces
Hactenus illustres in me solitæ bonitatis,
Magnifice O Rector, sis memor usque mei!

Hæc

Hæc vota, hæc præces placidâ pervolvito mente,
Mæque Clientelæ jungito, quæso, tuæ,
Atque meis faveas studiis, Patrone colende,
Portum quò valeant tangere propositum.
Vive diu felix, vigeat tua fama perennis,
Sic tandem in cœlis fulgida stella mices!
Hoc precor, hoc voveo, lætus de pectore toto,
Annuet his votis cunctipotensque Deus!!!

TUÆ MAGNIFICENTIÆ

ad devotissima obsequia devinctissimus

MAGNUS RDM.

